

IN PSALMUM CXLI

Sermo habitus postridie quam en. 140 (cf. infra 19,43sq.)

(1.) Solemnitati martyrum, sicut devotio celebritatis vestrae, ita nostrae servitutis sermo debetur. Sed meminisse oportet caritatem vestram hesterno die quam multa dicta sint – non enim quia propter aviditatem interioris oris vestri per totum sermonem tamquam recentes adfuistis, propterea oblivisci debemus infirmitatis communis –, primo quia et honorare oportet verba praeclara, sicut scriptum est: *Praeclara autem verba sapientiae sunt domini dei*. Per nos tamquam per vascula vobis ministrantur. Etsi fictilia sunt vasa, sed panis caelestis. Apostolus dicit: *Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus, ut eminentia virtutis sit dei*. Qui autem thesaurus, idem panis. Nam si non idem esset et thesaurus et panis, non de ipso thesauro alibi scriptum esset: *Thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapientis. Vir autem stultus glutit illud*. Unde admonemus caritatem vestram ut ea quae audiendo tamquam ventre memoria conditis, rursus revolvendo et cogitando quodammodo ruminetis. Hoc est enim: *Thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapientis. Vir autem stultus glutit illud*. Breviter dixit: sapiens ruminat, stultus non ruminat. Hoc autem aperte et Latine quid est? Sapiens cogitat ea quae audierit, stultus autem

1, 7sq. scriptum est] *non repperi* 9sq. 2 Cor. 4,7 12sq. Prov. 21,20

π : $\alpha (V_2 Mc_1) \delta (A H_1) \lambda$: πU ε : $N An_4$ β : $P_4 P_5$ γ_1 : $C_1 So_1$ ζ : $P_6 T$
 $C Br_1 P_{23}$ *lectiones selectae*: $D P_3 P_{15} Y X e_3 \omega, \alpha_2 (= F_2 F Mc_1)$

In ps. CXLI. 1, 3 hesterni $\alpha \varepsilon \zeta P_{23} Y D$ | die *om.* $C_1 P_4 (uv.)$ | qua $C P_4 (ac.)$ | sint $U C_1 Br_1 P_{23} ma$; sunt *cett.* 4 oris *om.* $\pi C P_4 Y$ 5 infirmitates communes π 6 honorare] nos *add.* U 7 domini dei sunt *tr.* $C C_1 ma$ 8 per¹] quae *praem.* ζP_3 ; et *praem.* $Br_1 P_{23}$ | ministrantur vobis *tr.* ζ 9 caelestis] est *add.* $\varepsilon \beta C \zeta So_1 X ma$ 10 istum] istud $V_2 U$ 11 idem¹] et *add.* $\alpha_2 ma$ | et *om.* $\alpha_2 C ma$ 13 illum $\alpha_2 C_1 ma$ 15 ventre] in *praem.* β | memoriae $C Br_1 P_{23} ma$ 17 illum $\alpha_2 C_1 ma$ 19 Latine] late $Br_1 P_{23}^2 Y$ | quid est] quidem α_2 | est] esset βC

mi 1834 audita oblivioni tradit. Neque enim propter aliud in lege munda
 ea dicta sunt animalia quae ruminant, immunda quae non rumi-
 nant: nam creatura dei omnis munda est. Artifici deo tam mun-
 dus est agnus quam porcus. Creavit enim omnia bona valde, et
 omnis creatura dei bona est, dicit apostolus, et omnia munda mun-
 25 dis. Cum ergo in natura utrumque sit mundum, significatione
 tamen agnus significat aliquid mundum, porcus significat aliquid
 immundum: agnus significat innocentiam sapientiae ruminantis,
 porcus significat immunditiam stultitiae obliviscentis.

Brevis psalmus pro sollemnitate dictus est. Videamus an
 30 possit etiam breviter tractari.

(2.) VOCE MEA AD DOMINUM CLAMAVI. Sufficeret VOCE v. 2
 AD DOMINUM CLAMAVI. Forte non frustra additum est MEA.
 Multi enim clamant ad dominum non voce sua, sed voce corporis
 sui. Homo ergo interior, in quo coepit habitare Christus per
 cc 2047 fidem, voce sua, non strepitu labiorum, sed in affectu cordis cla-
 met ad dominum. Non ubi homo audit, ibi deus audit. Nisi voce
 pulmonum et laterum et linguae clames, homo te non audit.
 Cogitatio tua clamor est ad deum.

VOCE MEA AD DOMINUM CLAMAVI, VOCE MEA AD DOMI-
 10 NUM DEPRECATUS SUM. Quod dixit CLAMAVI, exposuit cum
 dixit DEPRECATUS SUM. Clamant enim ad dominum et qui blas-
 phemant. In superiore versu clamorem posuit, in sequenti clamo-

20sq. munda ... ruminant²] cf. Lev. 11,3sq. 23 creavit ... valde] cf. Gen.
 1,31 24 1 Tim. 4,4 | Tit. 1,15 2, 4sq. homo ... fidem] cf. Eph. 3,17

π : α ($V_2 Mc_1$) δ ($A H_1$) λ : πU ε : $N An_4$ β : $P_4 P_5$ γ_1 : $C_1 So_1$ ζ : $P_6 T$
 K (exc.) $C Br_1 P_{23}$ lectiones selectae: $D P_3 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2$ (= $F_2 F Mc_1$)
 2, 1 voce¹] inc. K 11 sum] des. K

20 audita] audit $\pi \varepsilon$; quem audit ζ ; cum audit α_2 | aliud] illud ε 21 ea om.
 $C_1 P_4$; quae α_2 23 porcus quam agnus tr. ζSo_1 | enim om. δ 24 et om. γ_1
 X 2, 5 vocem suam $\pi \beta$ | strepitu] in praem. $\pi \varepsilon C \zeta ma$ 8 deum]
 dominum $C_1 P_4 X ma$ 11 et om. βC 12 superiori $C_1 X ma$

rem exposuit. Quasi exigeretur: ‘Quo clamore clamasti ad dominum?’ AD DOMINUM inquit DEPRECATUS SUM: clamor meus de-
precatio mea, non conviciium, non murmur, non blasphemia. 15

v. 3 (3.) EFFUNDAM ANTE EUM PRECEM MEAM. Quid est ANTE
EUM? In conspectu eius. Quid est ‘in conspectu eius’? Ubi videt.
Ubi autem non videt? Ita enim dicimus ‘ubi videt’, quasi alicubi
non videt. Sed in isto coetu rerum corporalium vident et homi-
nes, vident et animalia. Ille autem videt et ubi homo non videt. 5
Nam cogitationem tuam nullus hominum videt, deus autem vi-
det. Ibi ergo effunde precem tuam, ubi solus videt ille qui remun-
nerat. Nam in abscondito te dominus Iesus Christus iussit orare,
sed si agnoscas cubiculum tuum et mundes ubi rogas deum: *Cum*
autem oratis inquit nolite esse sicut hypocritae qui stant in plateis et 10
vicis orantes, ut videantur ab hominibus. Tu autem, cum oras, intra
in cubiculum tuum, et claude ostium, et deprecare dominum tuum
in occulto, et qui videt in occulto reddet tibi. Si homines reddituri
sunt, effunde ante homines precem tuam; si deus redditurus est,
effunde ante eum precem tuam, et claude ostium, ne tentator in- 15
grediatur. Tentator non cessat pulsare, ut irrumpat. Si clausum
invenerit, transit. Ideo apostolus, quia in nostra potestate est osti-
um claudere, ostium cordis, non parietum – ibi enim et cubicu-
lum –, quia ergo in potestate nostra est hoc ostium claudere, *ne-*

3, 9–13 Matth. 6,5–6 19 Eph. 4,27

π : α ($V_2 Mc_1$) δ ($A H_1$) λ : πU ε : $N An_4$ β : $P_4 P_5$ γ_1 : $C_1 So_1$ ζ : $P_6 T$
 K (*exc.*) $C Br_1 P_{23}$ *lectiones selectae*: $D P_3 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2$ (= $F_2 F Mc_1$)
3, 1 effundam] *inc.* K 3 videt¹] *des.* K 4 in] *inc.* K 7 videt] *des.* K

13 dominum] deum $UC P_{23}$ 3, 1 effundo $K So_1$ 2 ubi videt quid est in
conspectu eius *tr.* πY ; ubi videt quid est in conspectu eius ubi videt ε
4 videt] videat $\alpha Br_1 P_{23} Y T ma$ 7 ille videt *tr.* $P_6 ma$ 8 abscondito te] abs-
condite βC 9 cognoscas δ | mundas ε ; mundis β | ibi $Br_1 P_{23}^2 P_6^2 ma$
roges δ 10 hypocritae] tristes *add.* β 11 vicis] in *praem.* βC 12 deum X
 ma 15 illum $\beta C Y$ 19 nostra potestate *tr.* δ

20 *que detis inquit locum diabolo. Etenim si intravit et possedit,*
attende quia tu neglegenter clausisti aut claudere neglexisti.
mi 1835 (4.) Quid est autem claudere ostium? Hoc ostium tamquam
duas habet valvas: cupiditatis et timoris. Aut cupis aliquid terre-
num, et hac intrat, aut times aliquid terrenum, et hac intrat. Ti-
moris ergo et cupiditatis ianuam claude contra diabolum, aperi
5 ad Christum. Quomodo ipsas valvas aperis ad Christum? Cupi-
endo regnum caelorum, timendo ignem gehennarum. Per cupidi-
cc 2048 tatem saeculi diabolus intrat, per desiderium aeternae vitae Chris-
tus intrat; per timorem poenarum temporalium diabolus intrat,
per timorem ignis aeterni Christus intrat. Ecce martyres clause-
10 runt ianuam contra diabolum, Christo aperuerunt. Promisit eis
multa mundus iste: riserunt, clauserunt valvam cupiditatis adver-
sus diabolum. Minatus est mundus iste bestias, ignes, cruces: non
timuerunt, clauserunt timoris valvam contra diabolum. Videamus
si aperuerunt illas Christo: *Qui confessus inquit me fuerit co-*
15 *ram hominibus, confitebor illum et ego coram patre meo, qui in cae-*
lis est. Amaverunt ergo regnum caelorum, ubi eos confitebitur
Christus. Quomodo eos confessurus est? *Venite, benedicti patris*
mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab initio mundi.
Confitebitur illos ad dexteram positos. Videamus si et timoris
20 valvam Christo aperuerunt quam diabolo clauserunt. Uno eo-

4, 14–16 Matth. 10,32 17sq. Matth. 25–34

$\pi: \alpha (V_2 Mc_1) \delta (A H_1) \quad \lambda: \pi U \quad \varepsilon: N A n_4 \quad \beta: P_4 P_5 \quad \gamma_1: C_1 S o_1 \quad \zeta: P_6 T$
 $C B r_1 P_{23} \quad \text{lectiones selectae: } D P_3 P_{15} Y X e_3, w, \alpha_2 (= F_2 F M c_1)$

20 possidet γ_1 4, 3 aut ... intrat *om.* $\alpha_2 H_1$ (*ac.*) C (*ac.*) 7 vitae aeternae *tr.*
lo ma 8 per ... intrat *post* intrat (9) *tr.* U 11 contra $\pi \varepsilon \zeta B r_1$ 12 ignem
 β | crucem βY 14 illas (*sc.* valvas cupiditatis et timoris) $\alpha A N \zeta$; illos A^2
 H_1 ; eas $\beta C A n_4 Y ma$; illam $U \gamma_1 X$; eam $P_{23} B r_1$ | me inquit *tr.* $\gamma_1 X ma$
15 et ego confitebor eum ζ | et ego illum *tr.* $\delta Y P_3$ | est in caelis *tr.* $\gamma_1 B r_1 X$
ma 18 origine $C Y ma$ 20 quam] quando δ | clauserant $C_1^2 P_{23}$

demque loco dominus monet hoc, ut et diabolo claudatur, et sibi aperiatur. *Nolite inquit timere eos qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere*: monuit ut timoris valva in faciem diabolo elideretur. Ergo nihil est timendum? Non ergo aperitur aditus timoris Christo, qui clausus est diabolo? Statim subiecit, tamquam dicens: ‘Exclusisti illum, aperi mihi’, *sed eum timete* inquit *qui habet potestatem et animam et corpus occidere in gehenna ignis*. Iam ergo si credidisti, et aperuisti Christo, claude contra diabolulum. Intus est Christus. Ibi habitat: effunde ante eum precem tuam, noli quaerere ut de longe te exaudiat. Non enim longe est sapientia dei, quae *pertendit a fine usque ad finem fortiter, et disponit omnia suaviter*. Ergo intus apud te, ante eum effunde precem tuam: ibi sunt aures eius. *Quia neque ab oriente, neque ab occidente, neque a desertis montium, quoniam deus iudex est*. Si iudex est, qualem causam geras in corde tuo, vide: 25 30 35

(5.) EFFUNDAM ANTE EUM PRECEM MEAM, TRIBULATIONEM MEAM IN CONSPECTU EIUS ANNUNTIABO. Repetitio est et in superioribus duobus versibus et in his consequentibus. Sententiae duae sunt, sed utraque bis dicta. Una est illa VOCE MEA AD DOMINUM CLAMAVI, VOCE MEA AD DOMINUM DEPRECATUS SUM; altera est EFFUNDAM ANTE EUM PRECEM MEAM, TRIBULATIONEM MEAM IN CONSPECTU EIUS ANNUNTIABO. Quod est enim ANTE EUM, hoc est IN CONSPECTU EIUS, et quod est PRECEM 5

22sq. Matth. 10,28 26sq. Ibid. 31sq. Sap. 8,1 33sq. Ps. 74,7

π : α ($V_2 Mc_1$) δ ($A H_1$) λ : πU ε : $N An_4$ β : $P_4 P_5$ γ_1 : $C_1 So_1$ ζ : $P_6 T$
 K (*exc.*) $C Br_1 P_{23}$ *lectiones selectae*: $D P_3 P_{15} Y X e_3 w$, α_2 (= $F_2 F Mc_1$)
 5, 1 tribulationem] *inc.* K 7 annuntiabo] *des.* K

21 hoc] et *praem.* βP_{15} 23 valvam β 27 gehennam UN 29 habitat $\pi \varepsilon$
 30 longe¹] longinquo $\varepsilon \zeta P_{23}$ 32 intus] est *add.* γ_1 34 montium $A U \varepsilon \zeta P_{23}$
 ma ; montibus *cett.* | si] *autem add.* $C^2 So_1 ma$ 5, 1 meam] tuam $C \zeta Y$
 2 pronuntiabo $\beta C Y P_{15}$ 6 effundo $K So_1$ 7 pronuntiabo $\beta C Y P_{15}$
 enim est *tr. lo ma*

- cc 2049 MEAM EFFUNDAM, hoc est TRIBULATIONEM MEAM ANNUNTI-
 10 ABO. Quando hoc facis? In persecutione positus loquitur: DUM v. 4
 mi 1836 DEFICIT A ME SPIRITUS MEUS. Quare deficit spiritus tuus, o mar-
 tyr in tribulatione posite? ‘Ut non mihi arrogem vires meas, ut
 sciam quod alius in me operatur ipsam virtutem’. *Cum autem tra-*
dent vos iudicibus – sic monuit dominus quos martyres facere
 15 volebat –, *nolite cogitare quid loquamini: non enim vos estis qui*
loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Ergo defi-
 ciat spiritus tuus, loquatur spiritus dei. Merito eos pauperes spi-
 ritu facere volebat: *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est reg-*
num caelorum. Beati ergo pauperes spiritu suo, divites spiritu dei.
 20 Omnis enim homo qui spiritum suum sequitur, superbus est.
 Subde spiritum tuum, et capiat spiritum dei. Ibat in culmen, resi-
 dat in vallem. Si ierit in culmen, denatat ab illo aqua, si in vallem
 resederit, implebitur ea, et fit ille venter de quo dictum est: *Flu-*
mina aquae vivae fluent de ventre eius. Ergo DUM DEFICIT A ME
 25 SPIRITUS MEUS, in conspectu tuo annuntiavi tribulationem
 meam, humilis factus, confitens tibi deficiente spiritu meo, cum
 sum plenus spiritu tuo.

(6.) Et audierunt forte homines quia defecit in me spiritus
 meus, et desperaverunt de me et dixerunt: ‘Cepimus eum, op-
 pressimus eum’. ET TU COGNOVISTI SEMITAS MEAS. Illi me de-

5, 13–16 Matth. 10,19–20 18sq. Matth. 5,3 23 Ioh. 7,38

π : α ($V_2 Mc_1$) δ ($A H_1$) λ : πU ε : $N A n_4$ β : $P_4 P_5$ γ_1 : $C_1 S o_1$ ζ : $P_6 T$
 K (exc.) $C B r_1 P_{23}$ *lectiones selectae*: $D P_3 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2$ (= $F_2 F M c_1$)
 10 quando] *inc. K* 13 virtutem] *des. K* 15 non] *inc. K* 18 volebat] *des. K*
 19 spiritu] *inc. K* | dei] *des. K* 6, 3 et] *inc. K*

11 deficit¹] defecit $\pi \beta C K Y$ | deficit²] defecit $\pi \beta C K Y$ 13 vos tradent *tr.*
lo ma 18 facere volebat spiritu *tr. X ma* 21 subdat spiritum suum ζma
 et] ut $C_1 B r_1 P_{23} P_3$ | resideat $\beta C_1 P_3$ 22 vallem¹] valle $P_3 ma$ | ierit] eat α_2 ;
 erat $\pi C N P_{23}$; erit $C_1 D$ | vallem²] valle $\pi \varepsilon \zeta$ 23 implebitur] replebitur
 α | scriptum $\delta \gamma_1 X$ 24 defecit $P_4 C C_1$ 25 annuntiavi $C C_1 \zeta P_{23} ma$; -vit
 $V_2 C^2$; -bit δ ; -bo $\beta Y P_{15}$ 27 plenus fuero α

5
 10
 15
 cc 2050
 20

ictum putabant, tu me stantem cernebas. Illi qui persequerentur
 et comprehenderant, implicatos putabant pedes meos, sed illis
 obligati sunt pedes, et ceciderunt, *nos autem surreximus, et erecti
 sumus. Oculi enim mei semper ad dominum, quoniam ipse evellet de
 laqueo pedes meos. Perseveravi ambulando: Qui enim perseveraverit
 usque in finem, hic salvus erit.* Illi me oppressum putabant, sed ego
 ambulabam. Ubi ambulabam? In semitis quas illi non videbant,
 qui me captum putabant, in semitis iustitiae tuae, in semitis prae-
 ceptorum tuorum. TU enim COGNOVISTI SEMITAS MEAS; persecu-
 tor non eas cognovit. Nam non in eis mihi invideret, sed in eis
 mecum ambularet. Quae sunt istae semitae, nisi viae illae de qui-
 bus alio loco dicitur: *Novit dominus vias iustorum, et via impio-
 rum peribit?* Non dixit: ‘Viam impiorum non novit’, *novit iusto-
 rum, impiorum autem peribit.* Quod enim non novit, perit. Mul-
 tis locis scripturae invenimus quia dei agnoscere servare est, dei
 agnoscere custodire est, non agnoscere damnare est. Unde enim
 qui novit omnia, dicturus est in fine: *Non novi vos.* Non inde
 gaudeant et dicant: ‘Non punimur, quia non nos novit iudex’.
 Iam puniti sunt, si eos non novit iudex. Quae ergo dictae sunt
 viae quas novit dominus, ipsae hic dictae sunt semitae, quod ait:
 TU COGNOVISTI SEMITAS MEAS. Omnis enim semita via est. Non

6, 6 obligati ... ceciderunt] cf. Ps. 19,9 6sq. Ps. 19,9 7sq. Ps. 24,15
 8sq. Matth. 10,22 15sq. Ps. 1,6 20 Matth. 7,23

π : α ($V_2 Mc_1$) δ ($A H_1$) λ : πU ε : $N An_4$ β : $P_4 P_5$ γ_1 : $C_1 So_1$ ζ : $P_6 T$
 K (exc.) $C Br_1 P_{23}$ lectiones selectae: $D P_3 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2$ (= $F_2 F Mc_1$)
 6 ceciderunt] des. K

6, 9 oppressum me tr. lo ma 12 persecutor] persequitur δ 15 vias domi-
 nus tr. δ | vias] viam $\varepsilon C C_1 \zeta Br_1 P_{23} ma$ | via] viam δ 16 non dixit] quod
 praem. εC (uv.) | non² om. P_6 ; del. $T X$ 17 enim] autem βC | peribit $\delta \gamma_1$
 X 18 agnoscere] cognoscere $\gamma_1 X$ 21 puniemur $Mc_1 ma$ | novit nos tr. α_2
 ma 22 iam ... iudex om. α_2 23 novit] non praem. βC | quod] quo $\gamma_1 X lo$;
 cum ma

- 25 omnis via semita est. Quare ergo viae illae semitae dictae sunt,
nisi quia angustae sunt? Via lata impiorum, via angusta iustorum.
mi 1837 (7.) Quae via ipsae et viae, quemadmodum quae ecclesia ip-
sae ecclesiae, et quod caelum ipsi caeli. Pluraliter dicuntur, et sin-
gulariter dicuntur. Propter unitatem una ecclesia: *Una est colum-
ba mea, una est matri suae*. Propter congregationes fraternas per
5 loca multae sunt ecclesiae: *Ecclesiae inquit Iudaeae quae in Christo
gaudebant quod ille qui nos persequebatur, nunc evangelizat fidem,
quam aliquando vastabat, et in me glorificabant deum*. Ecclesias sic
dixit, et unam ecclesiam sic dicit: *Sine offensione estote Iudaeis et
Graecis et ecclesiae dei*. Sic ergo et viae et via, et semitae et semita.
10 Quare semitae, quare semita? Quomodo quare ecclesiae et eccle-
sia rationem reddidimus, debemus et hinc reddere rationem. Semi-
tae dictae sunt dei, quia multa praecepta sunt, et quia eadem mul-
ta praecepta ad unum rediguntur, quia *plenitudo legis caritas*,
propterea viae istae in multis praeceptis ad unam colliguntur, et
15 una dicitur, quia via nostra caritas est. Videamus si caritas via est.
Audi apostolum: *Et adhuc supereminentiorem viam vobis demon-
stro*. Quam dicis, o apostole, *supereminentiorem viam*? Quam di-

26 via¹ ... angusta] cf. Matth. 7,13 – 14 7, 3sq. Cant. 6,8 5–7 Gal.
1,22 – 24 8sq. 1 Cor. 10,32 13 Rom. 13,10 16sq. 1 Cor. 12,31

π : $\alpha (V_2 Mc_1) \delta (A H_1)$ λ : πU ε : $N A n_4$ β : $P_4 P_5$ γ_1 : $C_1 S o_1$ ζ : $P_6 T$
 $C B r_1 P_{23}$ *lectiones selectae*: $D P_3 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2 (= F_2 F M c_1)$

25 illae om. $C_1 X$ | dictae sunt semitae tr. δ | sunt dictae tr. $S o_1 ma$
7, 2 ecclesiae] et praem. $P_{23} Y$ | ipsi] ipsae $\delta \varepsilon$ 3 unitatem] ecclesiae add. π
 C (ac. uv.) $\varepsilon \zeta ma$ | una] est add. βP_3 | una ecclesia om. C ; una et ecclesia C^2
5 ecclesiae¹ om. $\pi \varepsilon C$ | iudaeae inquit tr. ζ | quae] erant add. $H_1^2 P_6$; sunt T
7 sic om. βC 8 dicit] dixit $H_1 P_6$ | estote] esto $\pi \varepsilon C$ 9 et¹ om. $C A n_4$ | et
via et viae tr. β 10 quare²] et praem. $X ma$ 11 reddidimus rationem tr. ζ
reddimus $\pi \varepsilon$ 12 multa praecepta¹] praecepta multa tr. $\varepsilon P_{23} P_6$ | multa
praecepta²] praecepta multa tr. δ 15 *audiamus $\lambda \varepsilon \zeta C^2 P_{23} Y S o_1 ma$
16 vobis om. δ 17 viam] vobis demonstro add. $\varepsilon \zeta$

co audi: *Si linguis hominum loquar et angelorum, caritatem autem non habeam, factus sum ut aeramentum sonans aut cymbalum tinniens. Et si habuero prophetiam, et sciero omnia sacramenta, et omnem scientiam, et si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, caritatem autem non habeam, nihil sum. Et si distribuero omnia mea pauperibus, et tradidero corpus meum ut ardeam, caritatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Ergo caritatem dixit supereminentiorem viam.* Magna ista via, fratres, magnum miraculum habet. Haec via certe, quia supereminetior est, excellentior est. Hoc enim supereminet, quod excelsum est. Nihil excelsius via caritatis, et non in illa ambulant nisi humiles. Has ergo semitas dicit praecepta caritatis. TU inquit COGNOVISTI SEMITAS MEAS: tu nosti quia quod pro te patior, amore patior. Tu nosti quia caritas in me omnia tolerat. Tu nosti quia, et si trado corpus meum ut ardeam, habeo illam, sine qua illud non prodest homini.

(8.) Quis autem novit vias istas hominis, fratres mei, nisi vere ille cui dictum est: TU COGNOVISTI SEMITAS MEAS? Omnia enim facta humana ante oculos hominum incertum est quo corde fiant. Et quam multi impii metientes semetipsos ex semetipsis dicunt de nobis quod ista in ecclesia quaerimus, honores, laudes, utilitates temporales! Quam multi dicunt propterea me loqui vobis, ut acclametis et laudetis me, et hunc me habere finem et

18–24 1 Cor. 13,1–3 30sq. caritas ... tolerat] cf. 1 Cor. 13,7

π : $\alpha (V_2 Mc_1) \delta (A H_1)$ λ : πU ε : $N An_4$ β : $P_4 P_5$ γ_1 : $C_1 So_1$ ζ : $P_6 T$
K (exc.) C Br_1 P_{23} *lectiones selectae*: *D P_3 P_{15} Y X e_3 \omega, \alpha_2 (= F_2 F Mc_1)*
 7, 28 semitas] *inc. K* 31 tolerat] *des. K* 8, 1 quis] *inc. K* 2 meas] *des. K*

19 ut *om. λ ; velut H_7^2 lo ma 22 autem om. $\varepsilon \beta P_{23} Y$ 23 et] si *add. D ma*
 24 autem om. δ 25 magna] est *add. \beta C Y So_1* | via ista *tr. \beta C X* 26 hae
 U | supereminetior est] eminentiorem δ | excellentior est] excellentiorem
 δ ; et *praem. C^2 ma* 27 excelsius] excellentius est δ 28 illam $\pi \varepsilon$ 29 carita-
 tis] in me omnis *add. \varepsilon C* | tu¹] ergo *add. \delta* 31 tradidero $\beta C Y P_{15}$
 8, 2 tu] enim *add. \beta C* | facta omnia (om. enim) *tr. C Y*; facta enim omnia *tr.*
 P_5 6 me propterea *tr. So_1 X ma* 7 habere me *tr. \varepsilon \zeta P_{23}* | habeo δ

hanc intentionem, cum loquor! Et quomodo eis ostendo non ea
 intentione me loqui? Restat ut dicam: TU COGNOVISTI SEMITAS
 10 MEAS. Quomodo illi sciunt quod nec vos scitis? Quomodo illi
 sciunt quod vix ego scio? *Neque enim ego meipsum diiudico; qui*
 mi 1838 *enim diiudicat me, dominus est.* Nescio quid de se Petrus nesciens
 praesumpsit, et aliud videbat in viribus medicus eius. Ergo pie
 pureque clametur ad deum, quia vere clamatur: TU COGNOVISTI
 15 SEMITAS MEAS. Sed vis ut ducat te per ipsas semitas? Esto mitis,
 esto mansuetus, noli ferox, noli superbus, noli excussa et erecta
 cervice, *sicut equus et mulus, quibus non est intellectus.* Cum enim
 fueris mitis, cum fueris mansuetus, insidet dominus, et ducet te
 per vias suas. *Dirigit enim mites in iudicio, docebit mansuetos vias*
 20 *suas.* TU ergo COGNOVISTI SEMITAS MEAS.

(9.) IN VIA HAC QUA INGREDIEBAR, ABSCONDERUNT
 MIHI MUSCIPULA. Via qua ingrediebatur, Christus est: ibi illi abs-
 conderunt muscipula, qui persequuntur in Christo, propter
 nomen Christi. Ibi ergo ABSCONDERUNT MUSCIPULA. Quid in
 5 me zelant? Quid in me persequuntur? Quod Christianus sum. Si
 hoc persequuntur, quod Christianus sum, IN VIA QUAM INGREDI-

8, 11sq. 1 Cor. 4,3-4 17 Ps. 31,9 19sq. Ps. 24,9

π : α ($V_2 Mc_1$) δ ($A H_1$) λ : πU ε : $N An_4$ β : $P_4 P_5$ γ_1 : $C_1 So_1$ ζ : $P_6 T$
 K (*exc.*) $C Br_1 P_{23}$ *lectiones selectae*: $D P_3 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2$ (= $F_2 F Mc_1$)
 9, 1 in] *inc. K*

8 quomodo] quando $Br_1 P_{23}$ | ostendam δ 11 ego² *om.* $\beta C Br_1 P_{15}$ 13 me-
 dicus in viribus *tr. ma* | viribus] eius *add. α* 14 deum] dominum $\beta C_1 \zeta Br_1$
 $P_{23} ma$ | clametur δ 16 noli¹] esse *add. $Br_1 P_{23} Y$* | noli^{2,3}] esse *add. $Br_1 P_{23}$*
 $Y P_3$ 17 cervice] esse *add. ζ* 18 fueris² *om.* $\beta C P_{15}$ 19 diriget $\beta \zeta P_{23} Y$
 docet β 9, 1 abscondere δ 2 muscipula $U \beta C Psalt. Ver.$; -*am cett. ma*
 via] viam $\gamma_1 K$; hac *add. $\pi \varepsilon C^2 Y$* ; haec ζma | quam $\gamma_1 K C$ | ingredietur βC ;
 ingrediebar ζ | ibi illi *om.* π 3 muscipula U ; -*am cett. ma* | Christo]
 christianos ζ 4 muscipula A (*uv.*) U ; -*am cett. ma*; mihi *add. $\varepsilon \zeta Br_1 P_{23} Y$*
 ma 5 sum] si hoc in me zelant *add. $P_6 P_3$* 6 via] hac *add. ζ* | quam] qua α_2
 $An_4 \zeta Br_1 P_{23} Y ma$

EBAR, ABSCONDERUNT MUSCIPULA MIHI. Quantum in ipsis est,
 IN VIA QUAM INGREDIEBAR, ABSCONDERUNT MUSCIPULA MIHI.
 Quantum ad eorum cupiditatem pertinet, quantum ad eorum
 conatum, quantum ad eorum votum, in ipsa via me voluerunt
 habere muscipulam qua caperer. Sed *novit dominus vias iustorum*,
 ET TU COGNOVISTI SEMITAS MEAS. Hoc quidem illi voluerunt,
 sed tu non eos permittis in te ponere scandalum, quia tu es via
 mea. Nam et haeretici in nomine Christi nobis volunt abscon- cc 2052
 dere scandalum, et ipsi falluntur. Quod se in via putant ponere, 15
 extra viam ponunt, quia et ipsi extra viam sunt: muscipula pone-
 re non possunt ubi non sunt. Sed dictum est hoc secundum cupi-
 ditatem ipsorum, secundum votum et opinionem ipsorum. Nam
 expresse alibi dictum est: *Iuxta semitas scandala posuerunt mihi*.
 Hoc quod dictum est *in via*, secundum eorum cupiditatem et 20
 votum dictum est; illud quod dictum est ‘iuxta viam’, id est *iuxta*
semitas, secundum veritatem dictum est. Revera enim non
 ponunt in semita, non ponunt in ipsa via, quia Christus est via:
 sane iuxta semitas ponunt. Non eos Christus sinit ponere in via,
 ne non sit qua eamus, sinit tamen eos ponere iuxta viam, ut de 25

9, 11 Ps. 1,6 13 tu¹ ... via] cf. Ioh. 14,6 19 Ps. 139,6 23 Christus ... via]
 Ioh. 14,6

π : α ($V_2 Mc_1$) δ ($A H_1$) λ : πU ε : $N An_4$ β : $P_4 P_5$ γ_1 : $C_1 So_1$ ζ : $P_6 T$
 K (exc.) $C Br_1 P_{23}$ *lectiones selectae*: $D P_3 P_{15} Y X e_3 \omega$, α_2 (= $F_2 F Mc_1$)
 8 absconderunt] *des. K* 13 sed] *inc. K* 14 mea] *des. K*

7 muscipula $A H_1$ (uv) $U C P_5$; -am *cett. ma* | mihi muscipulam $\alpha_2 C_1 \zeta Br_1$
 $P_3 X ma$ 8 qua $\alpha_2 An_4 \zeta Br_1 P_{23} Y ma$ | *post ingrediebar rep.* quantum in
 ipsis est C | absconderunt] ipsi *praem.* $\gamma_1 \zeta ma$ | muscipula $\delta U C P_5$; -am
cett. ma 9 quantum¹ ... pertinet *om.* βC 11 muscipula A (uv) $U N$
 dominus novit *tr.* $\beta C Y$ | viam $C_1 T ma$ 13 tu¹ *om.* $\delta \varepsilon P_{23} T$ | eos non *tr.*
 $\beta C Y ma$ 15 via] *hac praem.* $\varepsilon \zeta$ 16 muscipula δU ; muscipulam *cett. ma*
 17 ubi] ipsi *add.* $H_1^2 Mc_1 ma$ | sunt] possunt δC (ac) 18 ipsorum¹] eorum
lo ma 19 semitam $\lambda \varepsilon \zeta P_{23} Y$ | scandalum $\delta \varepsilon \zeta P_{23} Y$ 20 cupiditatem eo-
 rum *tr.* $X T ma$ 22 semitam $\lambda \varepsilon \zeta P_{23}$ 23 qua $C So_1$ (ac) | via est *tr.* δ
 25 sit] sinit $\delta \varepsilon$

via non declinemus. In via se putat ponere scandalum paganus, quando mihi dicit: ‘Colis deum crucifixum’. Reprehendit crucem Christi, quam non intellegit. In Christo se putat ponere quod iuxta viam ponit. Non egrediar a Christo, et non incido in muscipula. Insultet ille crucifixo Christo, videam ego in frontibus regum crucem Christi. Quod irridet, ibi salvor. Nihil est superbius aegroti qui deridet medicamentum suum. Si non derideret, acciperet et ipse, et sanaretur. Crux illa signum est humilitatis; ille autem superbia nimia non agnoscit unde sanetur tumor animae
 30 ipsius. Si autem ego agnosco, in via ambulo. Usque adeo de cruce non erubesco, ut non in occulto loco habeam crucem Christi, sed in fronte portem. Multa sacramenta aliter atque aliter accipimus: quaedam, sicut nostis, ore accipimus, quaedam per totum corpus accipimus. Quia vero in fronte erubescitur, ille qui dixit: *Qui me*
 40 *erubuerit coram hominibus, erubescam illum coram patre meo, qui in caelis est*, ipsam ignominiam quodam modo, quam pagani derident, in loco pudoris nostri constituit. Audis hominem insultare impudenti, et dicere: ‘Frontem non habet’. Quid est ‘Frontem non habet’? Impudens est. Non habeam nudam frontem; tegat
 45 illam crux domini mei. Ergo IN VIA QUA INGREDIEBAR, ABSCONDERUNT MUSCIPULA MIHI. Quantum in ipsis est, iuxta viam posuerunt; ego autem tutus ero, si de via non recessero. *Ignoras quia in medio laqueorum ingredieris*, ait scriptura. Quid est *in medio*

39–41 Luc. 9,26 47sq. Eccli. 9,20

π : α ($V_2 Mc_1$) δ ($A H_1$) λ : πU ε : $N An_4$ β : $P_4 P_5$ γ_1 : $C_1 So_1$ ζ : $P_6 T$
 $C Br_1 P_{23}$ lectiones selectae: $D P_3 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2$ (= $F_2 F Mc_1$)

27 dicit mihi tr. δ | coles $V_2 \delta \varepsilon C$ 29 incidam a via ζma | muscipula UP_5 ;
 -am cett. *ma* 30 ego] ergo $V_2 \delta \varepsilon$ 31 superbus δC (*uv.*) 32 deridet] ridet
 α 34 cognoscit α 37 aliter atque *om.* π 38 accipimus βP_{15} | accipimus
 βP_{15} 39 illi $V_2 \delta$ 40 eum $X ma$ 45 illa $C_1 Br_1 P_{23}$; eam $X ma$ | viam αC
 P_5 | qua $U \zeta Y ma$; quam cett. 46 muscipula UC ; -am cett. *ma* | iuxta] nam
praem. $\alpha \zeta P_3 ma$; non *praem.* ε 47 discessero $\beta Y P_{15}$ 48 ingredieris π

laqueorum? In via Christi, et hinc laquei et hinc laquei, laquei a dextris, laquei a sinistris: laquei a dextris, prosperitas saeculi; 50
laquei a sinistris, adversitas saeculi; laquei a dextris, promissiones;
laquei a sinistris, terrores. Tu in medio laqueorum ingredi, a
via noli recedere: nec promissio te capit, nec terror elidit. IN VIA cc 2053
HAC QUA INGREDIEBAR, ABSCONDERUNT MUSCIPULA MIHI.

v. 5

(10.) CONSIDERABAM IN DEXTERAM ET VIDEBAM. In dexteram considerabat, et videbat; in sinistram qui considerat, excaecatur. Quid est in dexteram considerare? Ubi erunt illi quibus dicitur: *Venite, benedicti patris mei*. Erunt enim quidam in sinistra quibus dicitur: *Ite in ignem aeternum, qui paratus est diabolo et angelis eius*. Fremente ergo toto mundo et minante in persecutionibus, crebrescentibus undique insultationibus hominum atque terroribus, ille contemnens praesentia respiciebat in futura, attendebat in dexteram ubi futurus est: ibi esse meditabatur, illuc attendebat et videbat et ideo omnia ferebat. Illi autem qui persequiebantur, non videbant. Ideo cum diceret: CONSIDERABAM IN DEXTERAM, ET VIDEBAM, secutus ait: ET NON ERAT QUI COGNOSCERET ME. Cum enim toleras omnia, quis novit quid attendas, 10

10, 4 Matth. 25,34 5sq. Matth. 25,41

π : α ($V_2 Mc_1$) δ ($A H_1$) λ : πU ε : $N An_4$ β : $P_4 P_5$ γ_1 : $C_1 So_1$ ζ : $P_6 T$
 K (*exc.*) $C Br_1 P_{23}$ *lectiones selectae*: $D P_3 P_{15} Y X e_3 \omega$, α_2 (= $F_2 F Mc_1$)
10, 1 considerabam] *inc. K* 6 eius] *des. K* 8 attendebat] *inc. K* 13 me]
des. K

49 et hinc laquei¹ *om. $\pi \varepsilon$* ; hinc α_2 | laquei³ *om. βC_1 (C deest)* | laquei³ ...
dextris *om. $H_1 P_4 P_{15}$* | laquei³ ... sinistris *om. $C P_5$* 52 a² ... noli] noli a via
tr. ζ 53 capiat *lo ma* | elidat *lo ma* 54 quam $D P_3 X$ | muscipula $U C P_5$;
-am *cett. ma* 10, 1 in¹] ad $F \beta C$ | in²] ad βC | dexteram²] dextera $U K C$
(*ac.*) 2 sinistra $U C$ 3 dextera $U \beta \gamma_1 K C$ | erant $N P_5 C$ 4 dicitur $U \varepsilon C$
 $\zeta Br_1 P_{23} Y So_1 X ma$ | mei] possidete regnum *add. $\alpha_2 ma$* | in sinistra quidam
tr. $\beta C Y$ 5 dicitur $U \varepsilon C \zeta Br_1 P_{23} Y So_1 X ma$ 8 respiciebat] repedabat α
 ε ; repedibat δ 9 in *om. $\beta K C C_1$* | dextera $U C_1$ 12 agnosceret $U K D$
13 enim *om. $\pi \varepsilon$*

utrum in dexteram oculum dirigas an in sinistram? In eo quod
 15 toleras, si laudem hominum quaeris, in sinistram attendisti; in eo
 quod toleras, si promissa dei quaeris, in dexteram attendisti. At-
 tendisti in dexteram, videbis; attendisti in sinistram, excaecaberis.
